

tem summa eius magnitudo digiti unguem ad-  
 equat: gignitur vero in concavis, terra pro-  
 funditate passuam quatur. Tantum vero ipsi spi-  
 ritus inest: ut intramescit, & plerumque scin-  
 datur terra, ubi ejusmodi lapis gignitur, seu  
 concipitur: inquirere autem ipsam, nemini li-  
 cet: aufugit enim, nisi summa cum ratione  
 trahatur. Soli autem nos partim dicentes, par-  
 tim etiam aliqua facientes, invenire Pantar-  
 ben possimas: qui lapillus noctu diem velut ig-  
 nis ostendit: quoniam igneus est, ac radio-  
 sus. Sin vero post diem aspiciatur, innumeris  
 quidationibus oculos ferit: id autem, quod in  
 ipsa lumen fulget: spiritus est potentia admi-  
 rabilis. Quicquid enim propè est, sibi conciliat.  
 Quid autem dico propè jacentes lapides ipsum  
 congregare? Quid, cum liceat, petras quocum-  
 que velis alicubi demergere aut in mari, aut in  
 fluvio, & illas non propè adinvicem, sed spar-  
 sum, utcumque contigerit: postmodum vero hic  
 lapis ad eas demissus, sui spiritus distributione om-  
 nes colligit: ita ut coactvati lapides, tanquam ex amen  
 apum sibi subjaceant. His dictis lapidem simul, &  
 quid efficere posset, ostendit. Hic lapis, ut asserit  
 Kircherus de Magnere, 1. p. cap. 4. dicitur  
 Magnes auri, & divina quaedam virgula, ad  
 latentes auri venas conquirendas, & thesau-  
 ros eruendos. Ab alijs appellatur Chryscola.  
 Vid. Plin. 33. cap. 5. Natura eadem est,  
 quæ Magnetis; nisi quod trahere quoque  
 aurum, traditur. Hoccine tam verum arbi-  
 tror, quam quod magnete albo lethaliter  
 homo possit vulnerari sine dolore ex vul-  
 neribus, ut alibi dixi ex Gafarell. in Curo-  
 sit. inaudit. Bonifac. Rhodigin. Histor. ludicr.  
 13. cap. 16. inquit: Alius est Magnes, quem si  
 acui stylove affricet, ea cuspide carnem totam vivi  
 hominis, vel cuiusvis animantis, absque ullo ejus do-  
 lore, aut effusione cruoris, altissima plaga poteris  
 perforare.

39 Eadem inveniuntur apud Caufsi-  
 num, symbol. 49. lib. 11. & Bulenger. 2. de  
 Pictura, cap. 9. Joann. Tzetzes, Chiliad. 6.  
 Histor. 68. accinit:

Tzetz. Pantarben lapis existens, lapides attrahit,  
 Simul aurumque quoddam, fosis immittit.

Si verum, fanè mirabile: verum mira-  
 bilius, quod astruit Heliodoros, lib. 8. &  
 10. Histor. Æthiop. nimirum, Pantarben se-  
 rens non timeas ignem. Bonifac. d. subdit:  
 Quicumque illam apud se habet, incombustibilis  
 est: qua fretus Chariclia regia virginis imper-  
 territus animus non dubitavit se in rogam ar-  
 dentem conijcere: e quo ne capillo quidem exu-  
 sto, evasit incolumis. Videtis Athen. lib. 3.  
 n. 51. sed videtur totum fictum, vel magi-  
 cum, cum in sua Æthiopia apud Jobum Lu-

Ejus pro-  
 prietas.

Habenti  
 non ladi-  
 gnis.

dolphum, nec verbum quidem de Pantarben  
 invenitur: immò lib. 1. cap. 7. n. 13. asserit,  
 in Æthiopia nullam gemmam produci, nec  
 concipi.

40 De fonte Indico ex Ctesia etiam  
 ipse Photius inquit: Dicit etiam de fonte, qui  
 quotannis auro humido impletur: ex quo fon-  
 te centum urcei ficitiles singulis annis hauriuntur:  
 idèque ficitiles esse oportet, quoniam aurum dum  
 hauritur, concrevit, ut ad ipsum extrahen-  
 dum, frangere vas necesse sit. Fons hic quadra-  
 tus, altitudinis unius ulnae. Singuli autem ur-  
 cei, qui auro pleni hauriuntur, talenti pondus  
 exaquant. De ferro, quod in fundo hujus fontis  
 extat (ex quo duos gladios se habuisse dicit ipse  
 Ctesias, unum à Rege, alterum à Regis matre Pa-  
 rrysaide donatum) si in terram desigatur: nebulas,  
 grandines & turbines avertere: & seipsum nec vi-  
 disse, Rege bis periculum faciente, commemorat.  
 Quid de ijs sentiendum, dixit Jarchas  
 Apollonio, ubi supr. De animalibus, aut  
 plantis fontibusve, quos huc veniens ipse vidisti, tibi  
 aliquid narrare, supervacuum est: fontes vero  
 aureis aquis manantes, ego in his locis esse, nun-  
 quam audivi.

41 Inter Ægyptios Alexandriae Arsi-  
 noes statua. K. Ægypt. Majol. meminit  
 Tom. 1. Colloq. 19. Eodem magnete lapide (in-  
 quit Plin. 34. cap. 14.) Democrates architectus  
 Alexandriae Arsinoes templum concamerare inchoave-  
 rat: ut in eo simulacrum ejus è ferro pendere  
 in aere videretur. Interecessit mors & ipsius &  
 Ptolemai (Philadelphii) qui id forari sue jus-  
 serat fieri. Plura dicemus in statua Serapidis,  
 25. April.

DIES XXVI. MARTIJ.

1 **G**Rad. 6. Solis in Ariete, qui pu-  
 tealis apud Darios. & Firmic.  
 quia qui sub illo natus, Regis amicus & il-  
 lustrum dignitatum insignibus exornatus,  
 & qui omnia in se gloriae ornamenta circum-  
 ferat. Æquinoctium vernum: pluit, interdum  
 & tonat. Ptol. Extremitas caudæ Lepnis ma-  
 nè occidit. Franc. Junctin. K. A. Ovid. v. 872.  
 lib. 3. Fastor.

Tempora nocturnis aqua diurna feret.  
 Rex armatus, dextrâ pomum imperiale, sinistrâ  
 sceptrum tenens. Sphæx. Arab. Anno O. C.  
 326. Cainan filius Enos oritur. Eutyth.  
 Annal. Alex. Jam orbi incipiebat lamen-  
 tum, quod ejus signatur nomine. Vid. 13.  
 Maij, n. 2.

2 Dies hic septimus dicitur à prima  
 creatione, Sabbatum Sanctum, quia in ipso  
 ces-

Fons ex ad-  
 ro potabilis.

Cujus in  
 fundo ser-  
 rum & eu-  
 phrasiam con-  
 tinenti?

Arsinoes  
 statua, &  
 templum  
 magnete  
 lapide conca-  
 meratum?

VII. K.

Ovid.

Cainan ori-  
 tur.

Septimus  
 dies orbis.

cessavit Deus ab omni opere quod crearat.  
 Genes. 2. 1. Reusner. & alij. Ex his patet  
 falsum, quod Talmudistæ dicunt: ignem ni-  
 mirum Sabbato à Deo conditum. Tract. 3.  
 distinct. 4. Etiam commentitium, quod  
 Eva die septimo fuerit ædificata ex Adami  
 costa: igitur in illo cessavit ab omni opere.  
 Eva non solum sexto die producta, sed la-  
 pla, & è paradiso (quò formata, non extrà,  
 ut placet Josepho 1. Antiq. cap. 1. & alijs) ex-  
 pulla. Nec metaphoricè accipienda creatio  
 Evæ, secundum similitudinem (ut excogi-  
 tavit hic v. 21. Cajetan. & prius Origenes  
 Homil. 1. in Genes. dicens: Haud aliud in-  
 telligo per Adam & Evam præter corpus & ani-  
 mam rationalem) sed corporaliter in indi-  
 viduo, non in ipso Adamo, sed ex ipso:  
 quin obstat quòd antequàm Evæ describa-  
 tur productio: Genes. 1. 27. dicatur: Ma-  
 sculum & feminam creavit eos: tum quia di-  
 cit eos & non eum: tunc quia supposita  
 utriusque productione; sicut cap. 1. expri-  
 mitur ex limo terræ productio viri, ita cap.  
 2. refertur sceminæ ex costa Adami. Mascu-  
 lum & sceminam creavit eos cum distribu-  
 tione accommoda: Masculum scilicet Ada-  
 mum, & sceminam Evam: quo proculcatur  
 delirium Hebræorum aliquorum, & Eugu-  
 bini in Cosinopoli, asserentium, utrumque  
 creatum simul, sed per terga continuatè  
 adherentes, quos mox sejanxit. Hui! Plato  
 quia Moysen non intellexit, primus in Sym-  
 pos. finxit; ut refert Eusebius 12. de Preparat.  
 Evang. cap. 7. Confutat Abulenf. Alapid. &  
 Perer. hic.

Quando  
 Eva for-  
 mata?

Sabbatum  
 sanctum.

3 Dies requietionis dicitur perfectis  
 cœlo & terrâ cum omnimodo ornatu, ut  
 decreverat facere ac perficere. Mirè nugan-  
 tur Talmudistæ, asserentes Tract. 4. distinct.  
 3. Deum ante mundi hujus creationem, ne otio tor-  
 pesceret (obstruatur os loquentium iniqua)  
 exercebat se in extrahendis varijs mundis, quos ubi  
 condiderat, paulo post destruebat, atque iterum in-  
 staurabat, quò ad hunc, quem nunc habemus, mun-  
 dum facere didicisset. Non est Deus ut homo, ut  
 faciat poenitentiam, blasphemiam & inepti. Hic  
 dies sibi à Deo tanquam sacer destinatus, &  
 ita institutus cultui speciali Numinis ob me-  
 moriam beneficij creationis tam Adamo,  
 quam posteris, expressus in lege, Exod. 20.  
 8. sed observatus ab initio mundi; ut patet  
 ante legem latam, ibid. 16. 26. Vid. Ri-  
 ber. in Epist. ad Hebr. 3. 4. & Perer. in  
 loc. cit. Genes. Hinc Hebræi dicti Sabbatharij.  
 Juvenal. Satyr. 6. v. 158. & 14. v. 96.  
 Sabbatum celebrare cum lucernis in fene-  
 stris & ramis ante limina Hebræos; dixi-  
 Tom. 1. Ephemer.

mus Prolog. Galeat. §. 9. n. 1. Omne opus  
 servile inhietur in Sabbato. Deuter. 5. 14.  
 Non opus spiritale, nec in proximi salutem  
 & charitatem. Opus salutis & incolumitatis,  
 non est opus hominis, sed Dei: inquit Tertul-  
 lian. 4. contra Marcion. Prohibetur etiam suc-  
 censio ignis, scilicet, ad cibos parandos.  
 Exod. 35. 3. Superstitiosi nonnulli nec ad  
 frigus atendum accendere volebant: qui  
 verò struebant, eliciebant è silice, quem non  
 folle, sed arundine fustilabant. Immo si lucer-  
 na lumine levis aut languens, minimè fo-  
 venda, ni propter infirmitatem. Vide quòd de  
 quodam superstitioso diximus in Prolog. Ga-  
 leat. §. 3. n. 6. Variè Ethnici uti Scripturæ  
 ignavi somniant de institutione Sabbati apud  
 Hebræos. Vide Plutarch. 4. Sympos. quæst.  
 5. Tacit. 5. Histor. à cap. 5. Justin. Histor.  
 lib. 36. & Joseph. 2. contra Apion. Eò  
 quòd Abelis mortis hesternæ die facta me-  
 moria, n. 6. occurrit fabula Rabbino-  
 rum, in quas summus Hebræorum cona-  
 tus. Propter mortem Abelis protopatentes  
 in spelunca Hebron latuisse, & separatos  
 deguisse 130. annis ex nonnullis videbimus  
 vitâ comite, 26. Decembr. n. 6. tunc Lamech  
 (insignis dementia!) apud illum questus, eò  
 quòd propter mortem Cain se uxores fuge-  
 rent; quibus Adamus præcepit cum marito  
 vivere. At illè Adamo responderunt: Quòd  
 ipse prius sua satisfaceret conjugi; à qua jam per  
 130. annos propter scelus Caini esset separatus. Re-  
 fert delirium & ineptissimum Isaac Vossius  
 Dissert. de Ætate Mundi, cap. 4. Vide 5.  
 April. n. 2.

4 His diebus filij Israël morabantur ad  
 Mara usque in 1. April. & victitabant pa-  
 nibus subcinericijs. Leonard. Mar. ibi Moy-  
 ses populum ad obedientiam Dei horta-  
 tur. Exod. 15. à 25. ibi dicitur: Consti-  
 tuit Dominus Israël præcepta. Quæ præ-  
 cepta? Decalogi (dicit Seder-Ol. cap. 5.)  
 cujus septem præcepta fuerant jam imperata fi-  
 lijs Noe. His verò præceptis addiderunt. Israheli-  
 ta super se tria alia isto tempore: Sabbatum,  
 Judicia & parentum honorationem. Abeant ad  
 corvos. R. Salomon apud Pyran. hic astruit,  
 ne per otium filij Israël declinarent ad pejo-  
 ra, data præcepta de observatione Sabbati,  
 quòd continet plures observantias, & præ-  
 ceptum de Vacca rufa, cujus è cinere fiebat  
 Aqua lustralis: de qua Numer. 19. à 2. &  
 Nos d. 2. egimus n. 2. Refutat Abulenf. &  
 erroneum fabulosumque arbitratur Alapid.  
 Aqua lustralis usus frequentissimus pro fori-  
 bus templorum, ut observat Tertullianus  
 de Baptisim. cap. 3. Erat in foribus Curia-  
 rum.

Quid ope-  
 ris in Sab-  
 bato licitum  
 & il-  
 licitum.

Superstitio-  
 nes Judæo-  
 rum in Sab-  
 bato.

Vacca rufa.

Aqua lu-  
 stralis in-  
 ter Ethni-  
 cos.

ad fores privatarum aedium, adducta ex domo non funesta, modo in illis aliquis fato functus. Casaubon. in Theophrasti. Charact. n. 5. Hac de causa Ascon. in Divinar. Verr. Delubra autumat dici à labris, quæ ad diluendum habebantur in Templis. Hippocrates de Morb. sacr. ait: Ipsi terminos templorum Dijs designamus; ut nullus qui non purus sit, eos transcendat, & ingressi respergimur: sed si quod etiam prius scelus habemus, purificemur. Ad expiationem opus erat aqua viva & perenni; fiebatque lustralis, dum rano felicitis oliva erat aspersio, & in labro templi mergebatur citio ardens & flagrans, ab ara sumptus, quando victima adoleretur. Ea enim ingredientes templum sese aspergebant ipsi, vel à sacrificiis aspergebantur. Laurent. Lucens. in Polymathia, lib. 2. Dissert. 18. Vide dicta die 23. n. 9. & 18. Januar. n. 15.

5 Hoc etiam die jejunium Hebræorum ob mortem Josue. Leonard. Mar. Scaliger. & Genebr. in K. H. De hujus viri (in cunctis insignis) obitu, 1. Septembr. n. 4. et si à Serario in Josue 24. quæst. 8. ex K. Hebr. hodie signetur. Cultros, quibus circumcisi filij Israël, & domi Josue servatos & cum illo sepultos; dicit ibid. quæst. 10. Causin. 10. Symbol. 19. ex Cyrill. Alex. 4. in Joann. cap. 51. Septuagint. Interpr. in Edition. 1. Roman. Alapid. in loc. cit. Josue & Nos d. 11. n. 3. Dignum observatione notavit Hieronym. Manson. 34. Epist. 127. & ad Paulam Epist. 25. Josue à filiis Israël post mortem non plangitur. Aaron (inquit) plangitur, Jesus non plangitur. Moyses plangitur, Jesus non plangitur. Addit in Paulæ epitaph. Maximus Doctor: In monte Ephraim Jesu filij Nave, & Eleazari filij Aaron sacerdotis sepulchra. In morte ipsius, maximè cum sepeliretur, montem Ephraim concussit (et si Masio videatur fabulosum, propter allegoriam) pro certo habet Serar. d. quæst. 12. mira alia refert Greg. Turonens. 1. Miraculor. cap. 18. sive de Glor. Martyr. ubi inquit: Sicut ad Levidam civitatem aqua calida in quibus Jesus Nave lavare solitus, quò similiter leprosi mundantur. In Scriptura dicitur Fons & piscina Gabao, ut notat Adrichom. in Benjamin. n. 69. & 70. Addi Turonens. Prope Jericho habentur arbores, quæ lanas gignunt. Exhibent enim poma in modum cucurbitarum, restas in circuitu habentia duras, intrinsecus autem plena sunt lana. Ex his enim ferunt, Jesu Nave somnare fieri indumenta: sed & hodie tales exhibent lanas, ex quibus nos à quibusdam delatas vidimus, & admirati sumus vel candorem vel subtilitatem earum. Pro meo captu nihil aliud nisi arbu-

Jejunium ob mortem Josue.

Sepulchrum ejus & Eleazari

Fons Josue.

Arbores lanae.

sta gossypi seu xilini; quæ quotidie in testis pro delicijs videmus, in quorum lana mira suavitas, subtilitas & candor: quare qui ibi vidit homo bonæ fidei, vel ut nomine illustraret è terra longinqua parta; vocavit lanas arborum Josue. Referunt etiam Alap. & Serar. d. Saraceni habitantes Phoeniciam, traditione habent, Josue cadaver possidere; quoniam situm in Spelunca montis Leopardorum, in qua monumentum visitur viginti sex pedum, quod ejus indigitarum sepulchrum. Brocard. Itiner. 1. & Adrichom. in Loc. exteris, n. 20. Vide 1. Septembr. 4. & quæ nuper dicta ex Hieronym.

6 Hodie à Genebrard. in K. etiam exponitur dedicatio Tabernaculi Moylis, & Equinoctium vernum. Utrumque falsum. De tempore pater: de Tabernaculo, diximus d. 1. n. 2. Ex his & alijs, subit mentem K. Hebraic. illius opus non esse; sed ab scio inventum, & ut magni haberetur, illustratum magni hujus viri nomine. Patet, quia ibid. d. 22. signat Octavam Pasche, cum Pascha Octavam non haberet, sed tantum septem dies Azymorum usque in d. 21. uti vidimus, & notat Leonard. Mar. Jonas mare pererrat quietè in ceti ventre, quousque in Pontum Euxinum pervenit, ad cujus littus Prophetam ejecit, Joseph. 9. Antiq. cap. 11. Pervenisse in Mare Rubrum aurrinat R. Salomon, dicens: ostensum fuit Prophetæ à Deo mare carcosum, & quomodo transfessit Israelitæ per medium ejus. Erant oculi piscis instar avarum fenestrarum, & contemplabatur & videbat quicquid erat in mari. Adi Franc. Fevardent. in Jon. Salin. quæst. 15. litter. n. 11. Sanct. in cap. 2. n. 39. & fuse Pined. de Reb. Salam. lib. 4. cap. 12. Ibi oravit, & exauditus est cognoscens hospitem, & nil amplius esse ceti, Paulinus celebrat Carm. ad Cytherium, à v. 211.

Dedicatio Tabernaculi.

Jonas vagatur per maria.

Commenta Domini mira: mersus equare, Intactus undis fluctuar. Vivit voratus, quique glutivir, manet Vivente jejunus cibo: Et prada cum sit, esca non est bellus, Domoque ventris utitur.

Paulin.

Idem Sedulius, lib. Carm. à v. 192. Causam orationis comminiscitur singulari figmento idem Rabbini. Prius (inquit) absorptus fuit Jonas à pisco masculo, in quo cum magis habitaret laxè, & minus incommode, neque oraret, cum minus illum uteri urgerent angustie; jussit Dominus pisci masculo, ut Jonam evomeret in os piscis femine pregnantis, in quo locum invenit angustiorum, utpotè occupatum à fœtu: & iccirco clamare cepit ad Dominum & orare. Quasi non suffice-

Fabula Rabbini.

ficerent bini ceti oculi, addit: Habuit piscis ille septem oculos. Adi Sanctium in Jon. 2. n. 31. & Tom. 6. T. 4. n. 28.

7 Perculit Ezechiam Samariæ devastatio per Salmanasar, quoniam fratres (esto pravos) videbat extrahi per truce[m] tyrannum; proclives, cum patria abdicere legem: & licet cum illo haud esset bellum rebellavit contra Regem Assyriorum. Reudin. ex 4. Regum, 18. 7. Nonnulli intelligunt de tributio pacto ab Achaz cum Teglati-Phalasar, patre Salmanasar, de quo, 5. Septembr. n. 3. sed melius alij, rebellari accipiunt pro resistere, nec de victoria parta gratulari, nec uti dominum, Regemque supremum cognoscere; dum insolenti videbatur, illico tradendas claves urbis sanctæ, ac facturum specie pacis, quicquid pater fecerat, uti ibid. dicimus. Vid. Lyran. & Abulens. Unde Rebellavit, prout subditur, idem est ac Non servire. Q. d. vel illa insigni celebrique victoria Regi Assyriorum nec obsequium præstitit. Adhuc victorem non timuit, spe in Deum fretus; quoniam si Juda Metropolitum Salmanasar vellet expugnare, Deus ab ejus conatibus atque viribus mirabiliter defenderet, ut post sub filio Sennacherib: quare sine læsione Urbis cum suis captivis reversus est in Assyriam.

Ezechias facti videt potentiam Salmanasar.

Antiochus Lupo or Syria Rex.

Lysias ejus vicarius in regno.

in aula tunc habens, uti primarium ministrum, quem Principem etiam designavit super cuncta negotia regni (Græce, Protarchum) quod ille maximopere amabat, ne rivalis Philippus introiret in Regiam. Etiam ductu Lyiæ Eupator Praefectos militum designavit Gorgiam, Timotheum & Bacchidem. Nicanor autem, cum prætermittit, seu abdicatum se videret; Romam fugit ad Demetrium, cujus comes ut veniret in regnum, volupe factus, & familiarissimus amicus: Amicorum charissimus, simul & fidelissimus; qui etiam Romæ fugienti comes fuerat. Joseph. 12. Antiq. cap. 17. & Torniel. Ann. 3893. n. 2.

Ni canor sociatur Demetrio Soteri.

9 Anno 1. prædicationis Christi, postquam flagellatis in templo negotiatoribus insignia fecit miracula, quæ visa à Nicodemio Pharisæo, hic nocte ad illum accessit sed recessit fide imbutus erga singularia legis Gratia arcana: de Baptismo scilicet, & necessitate ad salutem hominum mortis Christi, decreta in ligno crucis. Alapid. n. 13. Castell. signat 17. April. quoniam sequitur Lunationes. Reutherus signat secessum à Jerusalem in Ephrem, postquam consilium de morte illius sumptum à Principibus Sacerdotum, Præside Caipha, ante ult. Pascha: at in sententia communi DD. hac die corpus Jesu, pridie sepultum, in tumulo jacuit, adhibitis custodibus ad sepulchrum, obignatum sigillo Præsidis Romani & Principis Sacerdotum. Alapid. n. 79. Baron. & Adrichom. ex Matth. 27. 62. Quæ facta à Virgine-Matre illo in die, & discipulo dilecto; refert Maria à Jesu, Tom. 2. Mystic. Civit. lib. 6. cap. 25.

Christi gestata.

10 Romæ sacra Jovi Inventori. Labeo Antistius. Ita cognominatus & cultus à Romanis; cujus ora prope portam Trigemnam, ab Herode instituta inventis bobus, à Caco sublatis; in cujus sacris juvenis victima. Gyrard. Syntagm. 2. n. 30. Ubi Cacus bobes Gerionum abdidit, Spelunca dicta Caci, qua parte Aventinus Palatium videt, quò nunc ades Virginis Mariæ in Schola Græca. Blond. ex Virgilio, 8. Aneid. v. 233.

Jupiter Inventor.

Spelunca Caci.

Strabat acuta flex, præcis undique saxis Spelunca dorso surgens altissima visus. Dirarum nidis domus opparuna volucrum. Aptius situm signat Marlianus, dicens cap. 77. Topograph. & in Epitom. lib. 5. cap. 3. Arbitratur igitur Caci speluncam è regione S. Mariæ Aventina adis fuisse; ubi mons ipse plurimum attollitur, rupesque tota est scabra, & speluncis apertissima prope portam Trigemnam. Herules clava Caco marato & spelunca eversa, aram Jovis Inventoris

Virgil.

Interficiunt ab Hercule ere-